

ἡ in ἡ. S. 11. ὄχλοις in ὄπλοις, ibid. δικαίου in δικαίας
 in verbis ἐπὶ δικαίου χρεία. S. 12. φιλονεικῶντας, et
 ζητῶντας, in φιλονεικῶντες, et ζητῶντες. Ibid. λόγον
 in ξύλλογον. S. 13. ἐθέλοιτε in ἐθέλητε. Lectiones
 horum Codicum a vulgato textu Gorgiae Plato-
 nis discrepantes, in quarum numero fateor mul-
 tas esse, quae librariorum incuriae, negligentiae-
 que, tribuendae sint, eadem diligentia a me, qua
 eas Fischerus V. C. excerpfit, descriptas, notis
 meis commisi, easque aliis, mihi ab eodem Viro
 suppeditatis, et Lectionibus Variis auxi, partim ex
 antiquis Platonis editionibus, Aldina, et Basileenfi
 vtraque, partim ex Stobaei Eclogarum Ethicarum
 exemplis Trincavelliano et Gesnerianis, haustis. Ex
 his Lectionibus Variis delegi, quae mihi vulgatis
 lectionibus meliores, et iis praeferendae, dignae-
 que videbantur, quas in ordinem loco illarum re-
 ciperem. Locos, vbi hoc a me factum fuit, infra
 indicaui, et quidem ex Codd. ante laudatis *), ex
 editt. Platonis vetustis, Ald. et Bas. vtraque **),
 ex Stob. Eclogis ethth. ***). Deinde Ficini versio-
 nem consului, quae mihi materiam praebuit mo-
 do emendandi textus Platonis vulgati, modo con-
 firmandi lectionum a me aliunde receptarum veri-
 tatem, modo coniectandi, cum lectiones ab eo in
 Codice, quo vsus est, repertas, a texto nostro
 Pla-

*) Pag. 617.

**) Pag. 619.

***) Pag. 620.